& unde quae haber& fl ;· Vectamen huius mensura alta
ris rationem mysticam numeri habet enim · xx · cubitos longi
tudinis & totidem cubitos latitudinis · & x cubitos altitu
dinis ;· De quo quidem numero supra in expositione templi
& uestibuli eius diximus ;· sed & nunc dicendum breuiter ;·
Quia si altare holocausti illorum in ecclesia typum ten& ·
Qui suum corpus & animam deo consecrare per ignem amoris
illius quaerunt perseuerantia horum in bona operatione
per longitudinem altaris · amplitudo in caritate dei &
proximi per latitudinem spes in expectatione diuinae
uisionis per altitudinem figuratur ;· Quia cum longitudo
& latitudo altaris uicenorum erat cubitorum ;· Magna
utique perfectionem designat eius indefessa longa
nimitate ac sincere dilectionis quae per utriusque
testamenti nobis obseruantiae tribuitur ;· Quater enim
quini uicenarium numerum complent ;· quinque autem
libri mosaicae legis iiii euangelicae libertatis ;· Cum ad
intellegendum et quo custodiendum legis spiritalem in lus
trante euangelii gratia peruenimus · uicenarium pro
fecto numero perficimur ;· sic quidem numerus uicenarius
uicenarius in longitudine & latitudine altaris ;· Cum
corda electorum doctrina utriusque testamenti · & ad
iuuante ipso uno utriusque testamenti cultore · & perse
uerantiae boni operis · & iam in persecutionibus seruant
& hilaritatem · dilectionis & in eos qui persequuntur
exhibent ;· Denario autem numero spes caelestium premior